

## DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS

Fol. 8

**A**lexander episcopus Cappadociae: cum desiderio sanctorum locorum hierosolymam pergeret: ibidem diuina reuelatione post sanctum Narcissum episcopus ordinatus: multa sanctitate & doctrina clarus effulsit: & tandem pro fide christi sub Decio impiissimo tyranno martyrium consummauit. Scripsit multas ad diuersos elegantes epistolas: De quibus imprimis subiectae feruntur:

De pace ecclesiae ad Aarontas:	epistola	i
Ad Antiochenes:	epi.	i
Pro Origene contra Demetrium:	epi.	i
Ad Origenem:	epi.	plures

Passus est Caesariae sub Decio. Anno domini. CC. LIII. Indictione. I.

**I**ulius africanus uir undecimque doctissimus: philosophus: historiographus & theologus insignis: ac diuinarum scripturarum & librorum ardentissimus amator: suis studiis & sumptibus apud caesareae palestinae insignem bibliothecam condidit: in qua multa uolumina tam saecularium quam diuinarum scripturarum congregauit. Scripsit praeterea magnae utilitatis plura opuscula: De quibus feruntur subiectae:

Chronicarum:	li.	v
De sancta Trinitate:	li.	v
De circumcisione:	li.	v
De Attalo:	li.	v
De pascha:	li.	v
De sabbato:	li.	v
Ad Origenem de Susanna:	li.	v
Ad Aristidem philosophum:	li.	v

Et alia plura composuisse dicuntur: quae ad noticiam meam non uenerunt.

Claruit sub Marco aurelio. Anno domini. CC. XX.

**G**regorius Neocaesariensis Ponti episcopus: Origenis auditor atque discipulus: uir doctus & sanctus: & multa scripsit: & miraculis uiuens coruscavit. Hic ad huc iuuenis cum fratre Anthenodoro studium philosophiae saecularis quaerens: scholam Origenis se subdidit: a quo ad fidem christi paulatim quasi insensibiliter unacum fratre conuersus fuit: & in uirum doctissimum atque sanctissimum equalit. De cuius scriptis extat ad Origenem:

Panegyricus:	li.	i
Interpretationum in Ecclesiaste:	li.	i

Et plures epistolae.

Claruit sub Gordiano principe. Anno domini. CC. XL

**C**ornelius Romanae urbis post Petrum. xxij. episcopus: patria romanus: patre Castino: post Fabiani gloriosum martyrium papa creatus. Sedit in cathedra Petri annis duobus: uir doctus atque sanctissimus: donec tandem etiam ipse martyrio coronatus transiit carne solutus ad superos. Scripsit autem plures ad utilitatem ecclesiae epistolas: De quibus ego dumtaxat reperi subiectas:

Ad Fabium antiochenum episcopum:		
De synodis:	epi.	i
Ad eundem de notatianis:	li.	i
De Nouatiano:	epi.	i
De gestis synodis:	epi.	i

Ad Cyprianum Carthaginensem episcopum plures scripsit epistolas: & alias ad alios. Claruit sub Decio tyranno principe. Anno domini. Ducelesimo. quinquagesimo quarto.

**C**yprianus ecclesiae Carthaginensis in Africa episcopus: uir doctus atque sanctissimus: multis annis rhetoricam gloriose docuit: & in omni litteratura saeculari doctor magnificus fuit. Deinde persuadente presbytero Cecilio: a quo sortitus est cognomen: ad fidem christi conuersus: omnem substantiam suam pauperibus

*Historiae apostolicae lib. 10. Abbe ab Eusebio in Gregorio, ipse Iulius Africanus episcopus in Latinae scripturae sermone*